



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

22. Clerici pluribus casibus non gaudent immunitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

20 ¶ Et quando lex imperialis est damnosa ecclesijs, seu ecclesiasticis personis, non tenet, nisi specificè approbetur ab ecclesia. Innocent. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. in terminis dictarum legum, gloss. in cap. generaliter, §. novarum in verb. collationibus, infra. 16. quest. 1. Abb. qui attestatur, hanc communem doct. theoreticam in cap. non minus, num. 20. in princip. vers. dico enim, de immunit. Eccles. idem Abb. in cap. Ecclesia S. Maria, numer. 10. vers. an lex civilis, & ibi Dec. numer. 88. & 91. & Felia. num. 40. vers. primum est, de constitut. idem Abb. in cons. 3. num. 1. vers. sed his non obstantibus, & num. 2. par. 1. Bero. in cons. 31. nu. 20. cum seqq. volum. 1. & Benedict. Capra in libr. leg. concl. 46. per totum.

Et hæc questio casu, quo dubitari contingeret, esset decidenda à iudice ecclesiastico, d. cap. non minus, vers. quo circa, & ibi gloss. in ver. tantam, & in foro ecclesiastico lites deciduntur secundum jus canonicum, cap. 2. de arbit. in 6. Abb. in cap. 1. num. 7. vers. in iudicijs verò, de nov. op. nunc. & in cap. clerici, num. 2. vers. secus in materia, de iud. & Felya. in d. cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 43. de constit.

21 ¶ Regulariter autem sunt exempti etiam ab aggeribus faciendis juxta ripas fluminum, ne flumina ex crescentia fluant per limites, à reparatione fontium, refectione murorum civitatis, & ipsorum murorum vigilijs, & generaliter ab omnibus oneribus, capit. quamquam, de cens. in 6. & Abb. in cap. pervenit, numer. 3. in princip. de immunit. Eccles. cum alijs supra in princip. deductis.

22 Limitatur tamen ¶ dicta conclusio plu-

ribus casibus. Primò tempore magnæ necessitatis, quo casu non debet aliquis ecclesiasticus à murorum, seu civitatis custodia excusari, ut cunctis vigilantibus melius valeat civitas custodiri, d. cap. pervenit, & ibi gloss. in ver. modo, & Abb. v. 1. & num. 4. circa medium, & num. 6. de immunit. Eccles. & erit magna necessitas, qua stante ecclesiastici non excusantur, si hostis stat in agro cum exercitu in obsidione loci, ut in casibus, de quibus per Olascha in decis. 68. num. 24.

Secundò in restauratione murorum tempore belli, & tunc clerus compelli potest ad contribuendum per Episcopum, non autem per laicos, Bald. in d. l. ad instructiones, num. 2. & 3. C. de sacrosanct. & in l. de his, C. de epis. & cleric. aut. statumimus, C. eo. & cap. si diligenti, de for. compet.

Tertiò fallit, quoties Episcopus, & clerus tantam necessitatem, & utilitatem aspiceret, ut absque ulla exactione ad relevandas communes utilitates, vel necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias exstimatorum conferenda, cap. non minus, §. quo circa, cap. adversus, vers. verum si de immunit. Eccles. & cap. 1. in extravog. com. eod. tit. & tunc non Episcopus solus, ¶ aut cum consensu capituli potest, sed consensus totius cleri debet intervenire. Innocent. in cap. 2. de loc. & conduc. & Abb. in d. cap. non minus, num. 5. quia quòd omnes tangit, ab omnibus debet approbati, cap. quod omnes, de reg. jur. in 6. & in terminis Bero. in cons. 31. num. 13. volum. 1. nec sufficit consensus totius cleri, quia requiritur etiam Sedis Apostolicæ auctoritas, c. clericis & laicos, §. nos igitur, de immu.